

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collegium Institutionum - Cod. St. Blasien 80 und 81

Liber primus et secundus Institutionum - St. Blasien 80

Glette, Joseph Bernhard

[Salzburg], [1689]

Gedruckter Grundriß der Vorlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-50384](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-50384)

P A R E R G A

*Ex quatuor Institutionum Imperialium Libris
desumpta.*

LIBER I.

I.

Jus naturale non rectè definitur esse illud, quod natura omnia animalia docuit.

II.

Non datur Jus Gentium propriè dictum, diversum à naturali.

III.

Consuetudo etiam per duos actus introduci potest, si sint planè notorij.

IV.

Matrimonium, ex metu gravi, ac ad extorquendum contractum iniustè incusso initum, ipso iure naturæ est irritum.

V.

Legitimatio per subsequens matrimonium hodièque locum habet.

VI.

Arrogato impuberi debetur quarta omnium bonorum.

VII.

Adoptio, facta ab extraneo, non operatur potestatem patriam.

VIII.

Tutor, remotus ob culpam latam, efficitur infans.

LIBER II.

I.

Ius in re non rectè definitur esse illud, vi cuius res ipsa proximè nobis est devincta; neque ius ad rem rectè illud vi cuius persona proximè nobis est devincta.

II.

Thesaurus, in alieno, arte magicâ, quæsitus, totus cedit loci Domino.

XX

Inter

III.
Inter §. 34. *Inst. De R. D. & L. 23. §. 3. ff. de R. V.* pugna
nulla intercedit.

IV.
Datur servitus altius tollendi.

V.
Licet jure libertatis naturalis in pariete proprio fenestram
aperire, luminis excipiendi causâ.

VI.
Ususfructus non utendo decem vel viginti annis amittitur,
sive constitutus sit in re mobili, sive immobili.

VII.
Cautio non est de substantia quasi ususfructus.

VIII.
Præscriptio, requisitis suis ritè instructa, operatur etiam in
foro animæ.

IX.
Donatio inter vivos revocari non potest, ob insperatam na-
tivitatem liberorum.

X.
Minor 25. annis etiam sine consensu curatoris validè do-
nat mortis causâ.

XI.
Exhæredatio, elogio destituta, reddit testamentum ipso iu-
re irritum.

XII.
Ad formam exhæredationis pertinet etiam causæ probatio.

XIII.
Transmissarius quilibet potior est substituto.

XIV.
Fratres germani non habent querelam inofficiosi, si institu-
ta sit persona honesta.

XV.
Filius, à patre hæres scriptus, non potest, retentâ legitimâ,
hæreditatem reliquam repudiare.

Filius

XVI.

Filius ob inventarium non confectum perdit etiam legitimam.

XVII.

Etiam coniunctio verbalis tantum operatur jus accrescendi

VVIII.

Filius, fideicommissio universalis gravatus, non potest, inspecto iure civili, duplicem quartam deducere.

LIBER III.

I.

Parentes succedunt liberis sine distinctione bonorum.

II.

Etiam fratres consanguinei, & uterini succedunt fratri sine distinctione bonorum.

III.

Si nummi sint crediti, pro aureis reddi possunt argentei, pro grossis minuti.

IV.

Etiam res incorporales obiectum commodati constituunt.

V.

Actio pignoratitia nascitur statim, atque contractus pignoratitius fuit initus.

VI.

Fidejussor, in durio rem causam acceptus, omnino non obligatur.

VII.

Exceptio non numeratæ pecuniæ post biennium opponi amplius non potest, licet onus probandi in se suscipere velit debitor.

VIII.

Thesaurus, in fundo vendito, nondum tamen tradito reperi- tus, quoad illam partem, quæ cedit alioquin domino, pertinet ad emptorem.

IX.

Quemadmodum in contractu emptionis sic etiam in contractu locationis is est potior, cui priori res tradita.

Non

X.

Non valet inter socios pactum de inæqualibus lucri & damni partibus, ubi æqualis est operæ & pecuniæ collatio.

XI.

Mandatario non est consultum utili actione negotiorum gestorum, si terminos mandati excessit.

XII.

Quando obligatio nulla penitus præcessit, error Juris non impedit repetitionem eius, quod indebite solutum fuit.

LIBER IV.

I.

Ei, qui non possidet, actio nulla est prodita, quâ consequatur impensas, in rem alienam factas.

II.

Agere Publicianâ potest etiam verus rei dominus, si possessionem amiserit.

III.

Quando movetur actio rescissoria, non interveniunt duo judicia, rescindens, & rescissorium.

IV.


Actio præscriptis verbis, non illa tantum, quæ de æstimato proponitur, & ex permutatione competit, sed omnis est bonæ fidei.

V.

Si fera, custodiâ hominis coercita, damnum dederit, locum habet utilis quadrupedaria.

VI.

Inspectis principiis Juris civilis nullum judicium possessorium cum petitorio cumulari potest, sed temper prius de possessione, & postea de proprietate, distinctis judiciis est agendum.



PARS